

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Homo z  
cum uariis

Quid autem sit uir bonus dicam. Vir bonus quod honeste se facturum putauerit faciet sine pecunia si laboriosum erit, faciet eciam si damnosum erit, faciet eciam si periculosum erit. Rursus quod turpe erit non faciet eciam si pecuniam afferat, eciam si uoluptatem, eciam si potenciam; ab honesto nulla re deterrebitur, ad turpia nulla spe inuitabitur.

Seneca ibidem.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

autem] aut M; erit] sit P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; damnosum erit faciet eciam si *om.* C; Seneca *om.* C